



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boariam, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Pivs PP. V. Dilecto filio Martino Eysengrinio Praeposito Ecclesiae
Sanctorum Philippi & Iacobi oppidi veteris Oettingens. Passauiens.
Dioecesis in Theologia Magistro.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

minica in *Pasione* singulis annis celebrandas. Cupientes igitur vt eadem Collegiata Ecclesia cum suis altaribus ac alia loca per nos ibidem cōsecrata, congruis frequententur honoribus, & à Christi fidelibus jugiter venerentur ac doctentur: præsertim vt illuc Christi fideles deuotionis causa eo libentius confluant: Omnibus verè poenitentibus confessis & contritis, qui antedictam Ecclesiam Collegiatam cum suis altaribus, ac alia loca, per nos vt præmittitur conlecratur, in festiuitatibus Saluatoris nostri Iesu Christi & sue gloriosissimæ genitricis Virginis *Mariæ*. Nec non in diebus dedicationum tam Ecclesie Collegiatæ quàm altarium præfatorum, similiter & in festiuitatibus aliorum patronorum super eisdem altaribus per nos consecratis requiescētium deuotionis causa visitaerint, seu pro fabrica, luminibus, calicibus vel aliis ornamentis manus porrexerint ad iurices, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum eius Apostolorum *Petri & Pauli* suffragiis confisi, quadraginta dies indulgentiarum de iunctis eis poenitentis misericorditer in Domino relaxamus, harum testimonio litterarum sub sigillo nostro datarum *Salzburgæ* die decima mensis Ianuarij, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Duodecimo.

PIVS PP. V.

Dilecto filio *Martino Eysengrino* Præposito Ecclesie Sanctorum

Philippi & Iacobi oppidi *veteris Oettingens. Passauens. Diocesis*
in Theologia Magistro.

Privilegiū
Assisæ 1567.

Dilecte fili, salutem & apostolicam benedictionem. Deuotionis tuæ spectata sinceritas quam ad nos & Romanam gerere comprobatis Ecclesiam nec non eximia tuæ doctrine & virtutis merita simulque indefessi labores, curæ, vigilie, studia, quibus non modo in tuenda ac conseruanda, sed etiam in restituenda & amplianda in ista nobilissima Germaniæ Prouincia fide Catholica te semper præstitisse atque claruisse re ipsa cognouimus, suo quasi iure exigere videntur, vt & Ecclesiam Sanctorum *Philippi & Iacobi* oppidi *veteris Oettingens. Passauens. Diocesis* in qua Præpositus existis quæque inter alias *Bauariæ* Ducis dominio & ditioni subiectas & vetustate insignis & assidue gloriosissimæ Virginis *Mariæ* miraculis illustratur ac populorum qui præ ingenti quem ad Reginaam Cælorum quæ sideribus prælata æthereis tanquam Stella matutina prærutilat, gerunt, deuotionis affectu vndique confluunt, maximè in illis partibus valde celebris est, ac personam tuam quæ in dies vt præfertur de eadem Catholica religione partim populos prædicatione diuini verbi in officio continendo, partim in pessimos errores lapsos ad salutem reuocando, eosdemque exemplo boni operis informando assidue bene mereri non desinit, ac tui intuitu tuos in ipsa Præpositum successores congruis insignis decoremus, & condignis ornemus honoribus. Hinc est quod nos qui accepimus prædictam Ecclesiam antiquitus Præpositi dignitate ornata ac eisdem Ecclesie Præpositum inter ceteros secularium & Collegiatarum Ecclesiarum Præpositos quæ Metropolitanico iure Archiep. *Salisb.* subesse dinoscuntur ratione Præposituræ dictæ Ecclesie primum locum obtinere, eandemque Ecclesiam insignibus auri gemmarum & ornamentorum ac Sacerdotalium vestium muneribus à clarissimis viris præsertim nuper, vt etiam accepimus à dilecto filio nobili viro *Alberto Bauariæ* Duce donatam mirum in modum auctam esse, eisdem Ecclesie igitur amplitudine ac celebritatis fama & tuarum præsertim orthodoxæ religionis zelo ac egregiarum virtutum, odore commoti cum ad tuæ Ecclesie dignitatis splendorem & tui ac Præpositi

pro tempore in eadem existentis mitræ anuli, baculi pastoralis aliorumque Pontificalium insigniorum vsu magnopere te desiderare intelligamus. Motu proprio vt ex certa scientia maturaque deliberatione nostris ac de Apostolica potestatis plenitudine, tibi & tuis in Præpositum dicte Ecclesiæ pro tempore futuris successoribus, vt mitra, anulo, baculo Pastoralis ac aliis Pontificalibus insigniis vti, nec non in ipsa Ecclesia in quatuor & successores prædicti in Pontificalibus pro tempore celebrabis benedictionem solemnem post missarum, vesperorum matutinorum & aliorum diuinorum officiorum solemniam supra populum inibi tunc interessentem, dummodo aliquis Antistes seu sedis Apostolicæ Legatus præsens non sit, & si præsens fuerit ad id eius expressus accedat assensus, elargiri; nec non cruces, imagines, campanas, vasa, tabernacula etiam in quibus Eucharistiæ Sacramentum & reliquiæ Sanctorum, conferuantur ac corporalia & omnia & singula vestimenta & ornamenta Ecclesiarum etiam Sacerdotalia & paramenta ad diuinum cultum dicata, ac Altaria ipsius Ecclesiæ benedicere, nec non cimiterium & alia loca sanguinis vel terminis effusione aut alio quouis modo polluta, aqua tamen prius per aliquem Catholicum Antistitem, vt moris est benedicta reconciliare liberè & licitè valeas, & ipsi Præpositi successores tui valeant, constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus minimè obstantibus, auctoritate Apostolica tenore præsentium de specialis dono gratiæ indulgemus. Datum *Rome* apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, Die quinta Aprilis M. D. LXXI. Pontificatus nostri anno sexto.

Ca: Glorietina.

POMBURG seu PAMBURG.

MONASTERIVM Canoniarum regularium S. Augustini ad confluentes duorum fluminum Traun & Alz. De cuius fundacione ita scribit Ioan. Auent. lib. 5. Annalium Bauariæ, fol. 552.

ADLHAID (filia scilicet Cunonis, Comitis de Megling ac Irmogarde) cum marito Berengero, filiis Berengero & Cunrado à Sulzpach (oppidum id Nariscorum est) dynastis ad confluentes Trani & Alisse, Pamburg, vbi humati perhibentur, Collegium flaminibus Augustinianis constituunt. Alibi idem Auent. lib. 7. fol. 694. ponit, Pamburgium olim Arcem fuisse in Boiaria Noricorum, ad radices Curuancæ montis & confluentes Azali atque Trani sitam, nunc in Collegium Augustinianorum mystarum commutatam. Inscriptio lapidis in pariete templi dicti Monasterij ita habet: Hoc in loco sepulti sunt Mariti, Illustris Comitissæ Adlhaidis, fundatricis huius Ecclesiæ, quæ fuit Illustris Principis Bauariæ (id est Comitis) Chunonis filia, Marquardus Comes de Hohenstein & Marquartstein, Vlricus Comes de Pictauia (id est Pitten in Austria) & Berengarius Comes de Sulzpach, cum pueris & progenitoribus eorundem, fundatores huius loci inferius ascripti.

Hic etiam sepultus est Chuno, Comes de Megling (scilicet pater fundatricis.) ibidem Germanicè, *Hieligt der Edel Freyherr/ Conrat von Megling / ein Gutschätzer diß Gortshaus* &c.

MEGLING, aliàs Medling, latinè Medullum, arx haud procul à Monasteriis, Gars & Avv: Quorum fundatores hi quoque Comites fuere: quod hodie pertinet ad Torringenses Barones.

Est quoque aliud dirutum castrum huius nominis prope Muldorf oppidum,